



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 1. Homines à bestijs nutriti, vel ducti per inuia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

CAPVT XIV.

*Per bestias, etiam illas, à quibus aliqui
cauemus, Deum nonnunquam suc-
currere, & miranda ex-
hibere.*

§. I.

*Homines à bestijs nutriti, vel ducti
per inuia.*



Pro. 8. 31.

Sup. c. 18.

Iustin. l. 1.

Gell. l. 5.

c. 4. Plin.

l. 8. c. 17.

post Li-

nium lib.

1. Aloy-

fius Lipo-

manus

ex Sime-

one Me-

taphrast.

Vemadmodum, in hominibus, ita
& in ipsis etiam bestijs, contrari-
os sæpe euentus ostendit *ludens in*
orbe terrarũ diuina sapientia; qua duce pro-
sunt ipsæ noxiæ animantes. Supra dixi, per
coruos, voracissimum animal, Prophetæ &
Eremitæ, perq; calidissimam bestiam, Chu-
thberto cœlestem œconomũ, cibos misisse.
S. Aegidium cerua sustentauit. Cyrum ca-
nes, Androdum, vel, vt alij legunt, Andro-
clum leo nutriuit. Vestalis Romulum & Re-
mum *paruos in Tyberim abiecit, quos aqua*
in sicco reliquit; ad vagitum lupa accurrit, eosq;
uberibus suis aluit. In vita S. Athenogenis
Abbatis ac martyris legimus, imperante
Diocletiano, in ciuitate Sebaste, eundem
Abbatem, antè, quàm ad martyrium rape-
retur, ceruæ suæ, quam aluerat, benedixit-
se, ei-

se, eique à Deo precatum, vt stirps eius non deficeret. Ab eo tempore quotannis, die 17-
 Iulij, quo S. Athenogenes, cum suis fratri-
 bus, Christi caussa, interfectus est, quan-
 do Euangelium canebatur, venit cerua in
 templum, cum hinnulo, quem inibi reli-
 quit; quasi Numini, in memoriam Sancto-
 rum Martyrum, sacrificium obtulisset. Vr-
 spergensis aliique historici scribunt, Hun-
 nos citra Mæotidem paludem habitasse, ve-
 nationibusq; suis contentos, de alijs regio-
 nibus sollicitos non fuisse, immo neque pu-
 tasse, in altera ripa, terram cultam aut ho-
 mines reperiri. Verùm, cum fortè venato-
 res quidam conspicerent ceruam, lento
 gressu, paludes transeuntem, atque inter-
 dum, quasi vadum exploraret, subsisten-
 tem, donec in alteram ripam euaderet, id-
 que illis mirum & insolitum videretur; eius
 semitam subsequuti regionem amplam & à
 Scythis habitatam inuenerunt. Hunni er-
 go rati, à cerua sibi vadum diuinitus indica-
 tum esse, coacto exercitu, traiecto que la-
 cu, Scythas & finitimos nihil tale opinan-
 tes oppresserunt, eoque progressi sunt, vt
 toti orbi formidabiles redderentur. Ammo-
 nius refert, simili modo, ceruam Clodouæo

17. Iulij.

Sozom.
l. 1. c. 37.
ait boue
cestro
percitum
fuisse.

Ammon.
lib. 1. c. 27.

Franco-

qui
ita
ri-
s in
ro-
per
&
hu-
fisse.
ca-
dro-
Re-
aqua
ebsq;
genis
rante
ndem
rape-
dixif-
se, ei-

de gest.
Franc.

Francorum regi, contra Gothos pugnatu-
ro, vadum in flumine Vigenna demonstra-
uisse. Quod etiam S. Itæ è Tokhenburgen-

Fazell.
de reb.
Sic. dec. 2.
l. 9. cap. 6.

si arce innocenter præcipitate accidit. Nam,
ceruâ præuiâ, aptum solitudini locum in-
uenit. Capitolium olim anser, Casiblim ac-
cipiter, contra hostes, defendit.

§. II.

*Hortus à serpente, non Hesperidum, sed verè
defensus; homines ab aquilis & coruis
adiuti.*

S. Greg.
l. 1. Dial.
cap. 3.

*Fundensis monasterij monachus, cui exco-
lendi hortos cura erat, cernens, in eo lera par-
tim sublata furto, & , reperto aditu, quo fur
ingredi consueuerat, serpenti præcepit, ut illum
custodiret, nec inde nisi iussus discederet. Pro
pudor! Irrationale animal seruo Dei obediuit,
homo damnum irrogare non dubitauit. Fur
ergo peruersus, cum serpentem conspexisset, præ
timore, se retro ferre voluit; & , pede vepribus
implicato, pronus pependit, donec ab ipso olitore
superueniente expeditus fuit. Sic serpens, qui
in primo horto hominem fecit nocentem,
in hoc horto, innocentis excubitor fuit; &
qui olim furtum pomi suasit, nunc obstitit,*

Plin. l. 10.
cap. 5.

*vt homo neque olusculum posset furari. E-
ducata à Virgine, apud Seston urbem, Aquila
remitis*